



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Philomathi Mvsae Ivveniles

Alexander <VII., Papst>

Coloniae Vbiorum [i. e. Amsterdam?], 1645

XVI. Horologivm Solare.

urn:nbn:de:hbz:466:1-12750

Qui motus superis orbibus, & nitor
 Stellis, quique regat, quidque sua queant
 Vi, quæ mens hominem formet, ab æthere
 Lethi nescia devolans.
 Sensit, qui Latio labitur alveo,
 Miratusque stetit fluctibus altior
 Tiberis, dum veteri pandis ab exedra
 Naturæ abdita, tertium
 Vix lustrum superans: cumque Deum & sacra
 Vedit, quæ superis sunt data mentibus,
 Tractantem, & viridi tempora laurea
 Cingentem, medio senum
 Confessu, æquoreas impatiens moræ
 Ad lymphas propero se tulit impete;
 Terras sollicito murmure in extimas
 Famam extendere gestiens.

XVI.

HOROLOGIVM SOLARE.

Explorat dum solis iter cœlique labores,
 Nec nisi sub grato lumine vivit opus;
 Disce vias Domini signandas passibus æquis:
 Quod te subtacite muta tabella docet.
 Sit splendens tua vita decor; quaque ille recedit,
 Hac quoque te extinctum vivere parte puta.

XVII. DE